

marginem basalem attingentibus, intermediis latis, triangularibus, lateralibus angustis vittae-formibus; clavo ad marginem scutellarem vittaque suturam clavi terminante, corio plagis duabus obliquis, subpercurrentibus, exteriori breviori, pectore utrinque maculis tribus lateralibus, ventre utrinque linea laterali hic illic abrupta margineque apicali coxarum piceo-nigris (pedes desunt); membrana cum areolis fumata, venis grisescenti-flaventibus. ♀. Long. $5\frac{2}{3}$, lat. 3 mm.

Africa orientalis, D. Höhnel (Mus. Vindob.).

Vertex feminae oculo duplo latior. Antennae articulo primo capite ab antico viso duplo breviori, secundo primo fere triplo longiore et margine basali pronoti circiter $\frac{1}{3}$ breviori. Pronotum disco postico crebre fortiter rugoso-punctato. Scutellum fortiter crebre rugoso-punctatum. Hemiellytra dense subtiliter sat obsolete punctata, cuneo laevi. Terebra feminae circiter $\frac{2}{5}$ basalem ventris attingens.

17. *Poecilosectus vittatus* n. sp.

Fuliginoso-fuscus, nitidus, tomento albido-flavente tectus, macula verticis utrinque, macula supra basin clypei aliaque utrinque ad basin hujus, strictura apicali, vittula media disci postici margineque basali (hoc tenuiter) pronoti, scutello, hemielytris medioque ventris luridis, clavo, corio vitta lata juxta suturam clavi nec basin nec angulum interiorem attingente plagisque duabus apicalibus, interiori cum vitta jam commemorata conjuncta, nec non cuneo fuscis, hoc basi et apice lurido, membrana infuscata, venis flavo-testaceis; mesosterno fusco; rostro pedibusque pallide flaventibus, femoribus apicem versus tibiisque basi fuscis; pronoto fortiter grosse sat remote impresso-punctato, scutello paullo subtilius punctato. ♀. Long. $3\frac{1}{3}$ mm.

Moliro, D. J. Duezizier, comm. D. Schouteden.

Species punctura grossa et profunda pronoti et scutelli insignis. Caput basi pronoti circiter $\frac{1}{3}$ angustius. Antennae articulo primo fusco (reliqui desunt). Pronotum latitudine basali circiter $\frac{2}{5}$ brevius. Hemiellytra apicem abdominis paululum superantia.